



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

II. Heinrich von Friesack verkauft an das Domcapitel zu Brandenburg ein Lehn von 8 Hufen in Zolgow, am 10. Nov. 1290.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

capellanus domini Pribizlai, Eggehardus de Gribene, Alexander advocatus et Hoierus Scade et ceteri, in quorum presentia sunt hec facta. Datum Vrisach anno domini M^o.CC^o.LVI . VI. yd. Februar.

Nach dem Originale im Archive des Brandenb. Domstifts.

II. Heinrich von Friesack verkauft an das Domcapitel zu Brandenburg ein Lehn von 8 Hufen in Zolgow, am 10. Nov. 1290.

De gestis hominum grandis emergeret calumnia, nisi rerum oblivio per aeternam scripti memoriam auferretur; nos ergo, ego videlicet Hinricus de Vrisach, nec non et Richardus, filius meus, manifesta recognitione ad notitiam multorum deducimus per praesentes, quod nos quandam pecuniae summam, octo videlicet marcas argenti, a domino Conrado, Brandenburgensis ecclesiae praeposito, ex parte ejusdem ecclesiae acceptantes et recipientes, ob reverentiam et honorem beati Petri^{*)} et ecclesiae donavimus eidem pheodum octo mansorum super area sive curia quadam, quae Zolgowe dicitur, in districtu Brandenburgensi sita, prout in nostra tenuimus possessione, et nihilominus bona sub nostra tuitione ex parte ecclesiae habituri, quousque ipsa ecclesia proprietatem ipsorum apud dominos marchiones consequi possit et impetrare, sibi porrigi quoquomodo, tempore medio eadem bona, duabus sive tribus personis, quas ad hec ecclesia elegerit, conferendo. Praeterea, si ecclesia proprietatem consequi nec obtinere non potuerit, nos pecuniam praetaxatam refundimus eidem, bona eadem, ut prius, nostris usibus usurpando. Sin autem si ecclesia Brandenburgensis quendam sive conventum sive secularem personam ad comparisonem eorundem honorum elegerit seu promoverit, nos nullam exacturi ab ipsis pecuniam, sed ecclesiae Brandenburgensi licebit, pecuniam, nobis pro pheodo donatam, in totum et ultra, si potuerint, recipere et ad usus suos commutare. Nos nihilominus conventui sive seculari personae bona eadem sine difficultate qualibet porrigemus. Ut igitur hujusmodi donatio robor ac firmitatem habeat, praesentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam, adhibitis his testibus: fratre Ludolpho, Gwardiano fratrum minorum in Brandenburg, fratre Hinrico de Hildensem, Johanne plebano de Vrisack, Reineckino de Tremme, Waltero de Visene et caeteris fide dignis. Datum Brandenburg, anno domini M^o.CC^o. nonagesimo, in vigilia beati Martini, episcopi et confessoris.

Nach einem Copialbuche des Brandenburger Domstifts.

III. Markgraf Ludwig befehlt Peter, Cöpekin, Willekin und Matthias von Bredow mit der Stadt und dem Lande Friesack nebst dem Zooßen, am 5. Dez. 1335.

Wir Ludowig etc. Bekennen in diesem offenen brife dat wie vnsem truwen mannen Peter, Copekin, willekin vnde Mathias brudern, geheiten von bredow, vnd eren rechten erfuaenen haben laten vnd leghin tu eine rechten lene mit samender hant dat hus vnd die stat tu vrisack mit

^{*)} Dies Wort fehlt in der Copie, ist aber unfehlbar zu ergänzen.